

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

Bibliotheca Gymn. Theophrast.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ

ΦΕΤΔΟΣΩΦΙΣΤΗΣ,

ΣΟΛΟΙΚΙΣΤΗΣ.

LVCIANI

PSEUDOSOPHISTA,

SEV

S O L O E C I S T A

*Cum notis & animadversionibus*

JOHANNIS GEORGII GRAEVII.



AMSTELODAMI

Apud Daniëlem Elzevirium, 154.

clo lcc lxviii.



5K361

~~1249~~  
~~22~~

SERENISSIMO  
ETRVRIAЕ  
PRINCIPI,  
COSMO MEDICI.

Uantam & quam insperata  
tam Fœderatæ Belgicæ ci-  
vibus lætitiam Tuus attu-  
lerit nec opinus ad eos ad-  
ventus, omnis ætas, sexus & ordo  
testantur; qui quacunque transis in  
publicum effusi Te tanquam de cœ-  
lo demissum hominem intuentur,  
ac admirando spectaculo suos pa-  
scunt oculos simul & animos. Nemo  
enim est qui Te adspicit, quin statim  
cogitet de divinis tuis, gentisque  
Mediceæ virtutibus, quarum fama  
ut Europam quanta est, & pœne ter-  
rarum Orbem peragravit, sic du-

dum etiam nostros perculit homines, & omnium præconio hic est celebrata. Sic vero comparatum est, ut quæ miramur & suspicimus, ea cupidissime videamus ut satiari aspectu vix possimus, præsertim si nec opinantibus offerantur. Quid autem magis inexpectatum nobis poterat accidere, quam augustum Tuum os, Serenissime Princeps, in his oris contueri? Quis in animum poterat inducere Etruriam e sinu & complexu suo spem suam unicam dimissuram vel ad exiguum tempus? Quis sibi persuasisset Italiam non tam suas quam Orbis delicias ausuram credere peregrinis gentibus, ac terris fere sole alio calentibus? Hinc vix oculis nostris credimus, & admiratione defixi de tanta felicitatis hujus repentinæ copia, per quam licuit coram venerari, quem dudum

dudum intra animum coluimus omnes, & nobis gratulamur, & patriæ nostræ, cui tanti hospitis complexu frui datum fuit. Sed nemo gestit effusius, majoribusque gaudiis exultat, quam Musæ nostræ. Non meminerunt enim unquam antehac majorem eis candidioremque diem illuxisse, quam quo facultatem habuerunt adorandi Magnum Etruriæ Principem, Cosmum, sydus & præsidium Mediceæ familiæ, cui vitam, salutem, decus, & dignitatem, quam nunc tenent, fere debent omnem. Mater, restitutrix & altrix Ea est studiorum sapientiæ. Illa non Italiæ magis quam rei litterariæ salutaria nomina Cosmum & Laurentium Medicem nemo nisi barbarus ignorat. Non patriæ solum patres, sed & litterarum parentes fuerunt. Hi Principes in

Europa præclaras artes ubique gentium afflictas recrearunt, illamque barbariei ac inscitiæ fœdam noctem, quæ Europæ sex septemve sæcula incubuerat, & quicquid erat liberalioris doctrinæ tanquam eluvies aut pestilens sydus extinxerat; dispu-lerunt, arcessitis Græcis exilibus, qui primi in hac Occidentali plaga post septingentos annos collapsa litterarum studia instaurarunt. Hi, cum immanissimi hostes Græciam subegissent, extorres, desolati, terra marique diu, nemine respiciente, jactati tranquillissimum, in quo conquiescerent, portum invenerunt commune illud ingeniorum asylum, domum Medicæam. Hic non solum eis loca lautia præbita, sed & tuta exilii sedes & tam honesta, ut brevi patriæ desiderium exuerent, cum hic meliorem patriam reperissent,

sent, ubi benignius habebantur & fa-  
cilius agebant. Hinc diffusa lux o-  
mnium egregiarum disciplinarum  
per Italiam primo, deinde Galliam,  
Germaniam, Hispaniam, & omnem  
Septentrionem. Toti Europæ Ma-  
jores Tui, Serenissime Princeps, si-  
gnum quasi dederunt ut ad resti-  
tuendum litterarum obsoletum  
splendorem consurgeret. Idque ut  
tanto felicius procederet, nihilque  
esset quod auspiciatissima renascentis  
eruditionis incrementa retardaret,  
aut reprimeret, miserunt in Græ-  
ciam & Orientem, ex doctis illis,  
quos suæ adscripserant cohorti, vi-  
ros, qui omnem veterum codicum  
pulverem excuterent, omnia tinea-  
rum ac blattarum pabula pervestiga-  
rent, ac insanis, sed saluberrimis ta-  
men sumptibus, quorum ratio faci-  
le constat, etsi modum excedat,

quicquid esset insignium scriptorum, a quibus Dii eruditionis praesides fatalem illam perditissimorum temporum injuriam defenderant, compararent, & ad Vos deferrent. Inde tanta vetustissimorum monumentorum copia in Vestra Urbe congesta est, ut bibliothecæ, quæ ubique celebrantur, quæ cum vestris comparari queant, sint paucissimæ, quæ præferri, nullæ. Hinc quicquid fere politum, elegans, doctum a renatis litteris fuit editum, id omne aut maximam partem vestris debetur pluteis. Ex iis in lucem emerserunt tot excellentes in omni doctrinæ genere scriptores veteres, quot vix ex ulla aliis. Plures, fateor, Reges, & opulenti homines, exemplo potissimum vestro excitati ad eam laudem adspirarunt, sed ea fere contentio unius fuit ætatis. Nam apud post-

posteros ille refixit ardor, qui aut neglexerunt, aut irriferunt hanc de laudatis artibus bene merendi voluntatem. Vobis hæc gloria propria est & perpetua. Nec in bibliotheca locupletanda, nec in ornandis studiis doctrinarum, nec in foven- dis eximiis viris Veftra unquam claudicavit liberalitas, ut vere aula Medicea prædicetur ab omnibus nutricula studiorum & ingeniorum. Tu ipse, ne de aliis nunc dicam, & præcipue Parente Tuo, optimo & litterarum amantissimo Principe, quid contentionis & studii Tibi a primis annis reliquum fecisti, ut avitam laudem non tuearis modo & propages, sed & augeas longe ac superes? Magnifica illa & lautissima librorum supellex, quam Majores Tui conquisiverunt, non Te deterruit a præclaro consilio novam bibliothe-

cam maximo studio & delectu ador-  
nandi. Nihil tam abstrusum & re-  
conditum est sive in naturæ myste-  
riis , sive in aliarum rerum scientiis,  
quod non sagacissime sis perscruta-  
tus , & capacissima mente compre-  
henderis. Quid te compulit, ut , re-  
licta pulcherrima regionum & Ur-  
bium, Tibi ipse per multas infestas &  
incultas terras indiceres iter tam lon-  
gum & periculosum,in quo cum mil-  
le molestiis & tædiis fuit conflictan-  
dum alienissimo anni tempore , &  
asperrima tempestate , quam egregia  
& omnibus sæculis commemoranda  
cupiditas visendi quicquid ubique  
pulchrum , quicquid exemplo , ra-  
ritate , antiquitate , aut arte est con-  
spicuum ? Nulla sunt sacra , cærimo-  
niæ , consuetudines , mores tot dis-  
sonorum , quos hic vidisti , populo-  
rum , nullæ opes naturæ exquisitio-  
res ,

res, quas ex remotissimis gentibus,  
ultra solis quasi metam & anni vias,  
huc advexerunt nostri nautæ, nullus  
Vir ingenio, doctrina, arteque ce-  
lebrior, nulla bibliotheca, quam  
rariores libri commendant, nihil de-  
nique publice & privatim fuit visu  
& cognitu dignum, quod aut tuæ  
menti, aut tuo Musæo ornando vi-  
debatur facere, quod non cognove-  
ris & perlustraris. Nam huic uni cu-  
ræ Te totum impendisti, neglectis  
tralatitiis & inanibus rebus quæ hu-  
miliores animas solent oblectare.  
Honores quæsitissimos rectores &  
magistratus regionum & oppido-  
rum, quæ peragasti, Tibi decre-  
verant, festum suis civibus indixe-  
rant diem, & tanto apparatu Te ex-  
cipere constituerant ubique, quan-  
to unquam ulli Reges & Principes  
hic sunt excepti. Sed hæc tanquam  
insti-

institutum tuum turbantia, aut one-  
rantia modestiam officia es depreca-  
tus. Vocem vero Musarum, in vi-  
cina Academia Feliciter Tibi in ma-  
gno Procerum & populi confessu  
acclamantium, magna cum atten-  
tione, magna que, quam vultu præ  
te ferebas, cum voluptate audivisti.  
Ex quo intelleximus Mediceos ha-  
bere Principibus dignas aures, qui-  
bus extra castra & campum nullum  
suavius acroama potest accidere  
quam disertum oratoris os, & eru-  
dita disputatio. Vident etiam & a-  
gnoscunt omnes neminem unquam  
majore consilio, fructu & gloria pe-  
regrinas invisiisse gentes. Narrabunt  
hoc iter annales, quod obscurabit  
decantatam illam Germanici pere-  
grinationem, obruetque Alexandri  
Macedonis, ac Ptolemæorum acre  
studium indagandi res abditas & a  
vulgi

vulgi oculis & cognitione remotas.  
Et saeculi & posterorum interest ut  
tam nobile profectionis in longin-  
qua loca exemplum memoriae &  
immortalibus mandetur chartis. Sed  
licet aut socordia aut negligentia  
tanta nostrae esset ætatis, ut nemo  
tam illustri argumento manum ad-  
moveret, aut difficultas etiam ope-  
ris omnes ab hoc proposito scriben-  
di averteret, loquetur tamen id o-  
mnis posteritas, neque ulla tempo-  
rum memoria oblitterabitur. His e-  
nim Oceani littoribus æterna virtu-  
tum tuarum impressisti vestigia,  
quæ perenniora erunt tropæis, quæ  
olim hic populares tui Cæsares Ger-  
manici fixerant.

Musæ vero nostræ tenue hoc &  
exile munuscum Tibi offerre susti-  
nuerunt, dum in hoc articulo de-  
prehensæ nihil quod offerrent inve-  
nicbant

niebant majus. Malebant autem  
parvo & exiguo defungi, quam hanc  
unam omnium optimam occasio-  
nem suam in Te tantum litterarum,  
earumque amatorum patronum  
pietatem & observantiam declaran-  
di amittere. Nec Regum Rex Sinæ-  
tam contempsit offerentem manibus,  
quam ex profluente hauserat , a-  
quam, cum aliud quo Regem vene-  
raretur expedire donum tum non  
posset : Nec dii castos sui cultores ,  
si , cum thure & mero non queant ,  
farre tantum ac fritilla suppli-  
cent , rejiciunt. Agnosces , spero ,  
& Tu Magne Princeps , qua es ad-  
mirabili humanitate , & inusita-  
ta in tanto fastigio benignitate ,  
pium rectumque animum , non do-  
ni modum & pretium. Veniet dies ,  
qua luculentiore testimonio Tibi  
probaturæ sunt se non immemores  
esse

esse Tuarum maximarum virtutum,  
meritorumque in optimas artes &  
disciplinas. Nunc vota nuncupant  
pro inoffenso itu & reditu, Deum-  
que venerantur uti reversus do-  
mum diutissime feliciter rebus hu-  
manis, magno earum bono, intersis.  
Trajecti ad Rhenum a. d. x Kalend.  
Februari. clc loc lxviii.

*Serenissimo Tuo Nomini devotissimus,*

Joh. GEORG. GRAEVIVS.

L E



## LECTORI.

**N**on multis hic tecum agam. Vides Luciani dialogum perobscurum notis meis illustratum, in gratiam illorum qui Gracis litteris student. Cur inscribatur Σολοκεῖος non est ut moneam. Nec paulo humanioribus potest obscurum esse cur ψευδοσοφιστὴ indicem præseferat. Tum temporis Sophistæ dicebantur qui cum Philosophia conjunxerant studium eloquentiæ, hoc est, mentem simul & linguam excoluerant. Invidia huic nomini tunc erat detracta, & recuperaverat pristinam, sed diu amissam dignitatem. Antiquissimis enim temporibus σοφοὶ & σοφιστae nominabantur, qui in indagandis rerum divinarum & humana-

manarum causis & principiis, veritate-  
que in omni doctrina genere perscrutanda  
tempus & operam suam locabant. Postea  
hanc personam induerunt homines avari,  
vani & ambitiosi, qui omnium discipli-  
narum cognitionem sibi arrogabant & de-  
quavis, quæ poneretur, quæstione, ex-  
templo plurimis argumentis & uberrima  
oratione se disputaturos esse promitte-  
bant, eamque artem, ut divitias que-  
rerent, se brevi tempore facillima qua-  
dam ratione suos docere posse discipulos ja-  
Etabant. Hinc pessime bac natio audiebat,  
& a Platone verisque Philosophis suo me-  
rito vehementer fuit exagitata. Verum  
cum posterioribus temporibus & ipsius  
Philosophiae laus consenseret, cum nimi-  
rum qui pro Philosophis volebant haberi  
illis vitiis, quæ priscis Sophistis tantum  
odium conflaverant & contemptum, con-  
taminarentur: Cum detrito & panno-  
pallio, majestateque opacæ barba sapien-

\*\*

tiam

tiam vellent censeri : cum grandi supercilio in voluptates morumque & hominum perversitatem invehementur , domi vero sibi ipsi facerent delicias , servirent libidinibus & flagitiis , omniaque referrent ad questum & ostentationem , nihil ad conscientiam , tantopere Philosophorum nomen eviluit , tamque invisum fuit redditum , ut qui illa tempestate studiis vacarent , animum ad eloquentiam applicarent , revocarentque pristinum Sophistarum nomen in lucem & usum . Rethores enim appellabantur ac Sophisti . Sed hi non tam elate de se sentiebant , ut illi priores , & aliis quoque scientiis egregiam navabant operam , præcipue tamen artem dicendi cum virtutum studio colebant . Plurimorum vias Eunapius & Philostratus memoria prodiderunt , ut veterum Philosophorum Diogenes Laërtius . Verum cum & in his numerarentur , qui provinciam , quam

quam ceperant, ornare digne non pos-  
sent, quippe qui veram Attici sermonis  
rationem & proprietatem ignorarent,  
saepque in eam impingerent, Lucia-  
nus hoc dialogo talis Sophistæ, qui falso  
hoc nomen, quod non poterat sustinere,  
sibi sumserat, confidentiam & temeri-  
tatem false & lepide redarguit, plurimis  
usus periculi faciendi gratia locutionibus  
a nitore Atticæ venustatis abhorrentibus,  
quas ille deprehendere & cognoscere ne-  
quibat. Nos studuimus hos solæcismos pa-  
tæfacere & Græcæ linguae cultoribus ostен-  
dere. Sicubi forte a scopo aberraverimus  
facile mihi ignoscet, qui cogitabunt  
quam arduum sit Attica discernere a so-  
læcis, præsertim cum ex annotationibus  
meis cognoverint & ipsum Lucianum  
nonnunquam esse hallucinatum, & in a-  
liis operibus suis, a culpis, quas in isto li-  
bello reprehenderat, non abstinuisse, &  
temere quedam damnasse, quæ in anti-

quissimis & artiuarioris scriptoribus le-  
guntur. Vale, & si studium meum tibi  
non ingratum esse futurum intellexero,  
babebis, simul ac per alias curas licuerit;  
& in Lexiphanem & in alios quosdam  
dialogos meas lucubrations.



A O T-

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ  
ΨΕΥΔΟΣΟΦΙΣΤΗΣ,

ΣΟΛΟΙΚΙΣΤΗΣ.

L U C I A N I  
PSEUDOSOPHISTA,  
S E U  
S O L O E C I S T A.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ  
ΨΕΥΔΟΣΟΦΙΣΤΗΣ,

η

ΣΟΛΟΙΚΙΣΤΗΣ.

ΛΥΚΙΝΟΣ ΚΑΙ ΣΟΛΟΙΚΙΣΤΗΣ.

**Α**ράγε ὁ γνῶνας τὸν σολοικίζοντα δεινὸς, οὗτος καὶ φυλάξασθαι μὴ σολοικίζειν διωτός; Σο. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ. Λυ. ὁ δέ γε μὴ φυλάξας, οὐδὲ γνῶνας τὸν ζῆτως ἔχοντα; Σο. ἀληθῆ λέγεις. Λυ. σὺ δέ αὐτὸς φήσεις τὸ σολοικίζειν, ή πῶς λέγομεν τοῦτο; Σο. ἀπαίδειλος γάρ αὐτὸς εἴλειν εἰ σολοικίζοιμι τηλικύτος ὡν. Λυ. οὐκοῦν καὶ ἕτερον φωράσαι διωνίση τοῦτο δρῶντα, καὶ ἐλέγξαι τὸν δρυφόμηνος; Σο. παντέπασί γε. Λυ. Εἴτε

ναι,

L U C I A N I  
PSEUDOSOPHISTA,  
S E U  
S O L O E C I S T A.

LYCINUS ET SOLOECISTA.

**N**um qui agnoscere solœcissantem potest, idem etiam cavere potest ne solœcisset? **S O L.** Mihi quidem ita videtur. **L y c.** Qui vero cavere non potest, ille nec agnoscere potest cum qui talis est? **S O L.** Recte dicis. **L y c.** Tu vero te negas solœcissare, aut quo pacto de te dicamus? **S O L.** Indoctus equidem essem, si cum tantæ ætatis sim, adhuc solœcissarem. **L y c.** Proinde & alium deprehende re poteris qui hoc facit, & negantem convincere? **S O L.** Omnino. **L y c.** Age

A 2 nunc

νιῦ, ἐμπλακέσ σολοικίζοντο, <sup>1</sup> αἴρε-  
π δὲ σολοικιῶ. Σο. οὐχόν εἰπέ. Λυ.  
ἀλλ' ἔγωγε ἥδη τὸ δευτὸν εἴργασμα,  
σὺ δὲ οὐκ ἐπέγνως. Σο. πάντες ἔχων.  
Λυ. μὰ τῆς θεότης, ἐπεὶ σολοικίσας  
ἐλαθόν σε ως οὐκ θησάμον. αἴ-  
δις δὲ σκόπε. οὐ γάρ σε φημὶ διψάδης  
κατανοῆσαι, ἐπεὶ <sup>2</sup> αἱ μῆτρες οἵδη  
οὐκ οἶδα. Σο. εἰπὲ μόνον. Λυ. ἀλλὰ  
καὶ νιῦ σε βελούχισαί μοι, σύ δὲ οὐκ  
ἔγνως. Σο. πῶς γάρ, σὺ μηδὲν λέγον-  
το; Λυ. ἐγὼ μῆτρα λέγω, καὶ σολο-  
ικίζω, σὺ δὲ τὸ ἔπη τοῦτο δρῶντι, ἐπεὶ  
<sup>3</sup> ὄφελον καὶ νιῦ ἀκολυθῆσαι διψήσῃ.  
Σο. Θαυμασά λέγεις, εἰ μὴ διψήσα-  
μαι καταμαθεῖται σολοικισμόν. Λυ.  
καὶ πῶς αὖ διψάμο τὸν ἔνα μαθεῖν,  
τοῦτο τεῖται αὐγοῦσας; Σο. τίνας τεῖται;  
Λυ.

PSEUDOSOPHISTA. 3

nunc deprehende me solœcissantem.  
Jampridem enim solœciſſare gestio.  
S O L. Proinde dic. L Y C. At equidem  
jam grave iſtud commisi: tu vero  
non agnovisti. S O L. Ludis tu nufic?  
L Y C. Non perdeos. Nam solœcismō  
commisſo latui te, perinde ac ne-  
ſcientem. Rursus autem conſidera:  
Neque enim te puto intelligere poſ-  
ſe: quoniam alia quidem noſti, alia  
autem non noſti. S O L. Dic modo.  
L Y C. Sed & nunc solœcismus a me  
commisſus eſt, tu vero non cognovi-  
ſti. S O L. Nam quomodo cognosce-  
rem, cum tu nihil dicas? L Y C. Ego  
quidem dico, & ſolœciſſo: tu vero  
non aſſequeris iſtud facientem: uti-  
nam etiam nunc aſſequi poſſis. S O L.  
Mira dicis, ſi nequeam ſolœcismum  
quiſ fit intelligere. L Y C. Quo pacto  
unum intelligeres, quando jam tres  
non animadverтиſti? S O L. Quos tres?

A 3

L Y C.

Λυ. ὁλός δέ τινας είσεται. Σο. εγώ μή σε παιζειν δοκῶ. Λυ. εγώ δέ σε αὔχνοειν τὴν ἀμαρτάνοντα σὺ τοῖς λόγοις. Σο. καὶ πῶς αὖ τις μάθοι, μηδὲνὸς εἰρημένος; Λυ. λέλεκται, καὶ σε ψελφούχισαι τελεπλῆ, σὺ δὲ τόκε εἶγνως. Τοῦ μέγα αὐτὸς ἀπλού χατέπραξας αὖ εἴπει εἶγνως. Σο. τοῦ μέγα μή, αὐτογκαῖον δὲ πᾶς ὁμολογήσαντι. Λυ. αλλ' οὐδὲ νιᾶς εἶγνως. Σο. πότε νιᾶ; Λυ. ὅτε τὸ ἀπλού εἴφιν σε χαταπέξαμ. Σο. τόκε οἶδα ὃ, πι λέγεις. Λυ. οὐδὲν τις εἴφης, τοῦ γὰρ οἶδα. καὶ τοσούτη γε ἐσ τὸ ἔμπροσθεν, τοῦ γὰρ εἰπέλειτο εἴπειαμ. ‘οσαῖσα αὖ εἴπεις θελήσειας. Σο. αλλ' εγώ βάλομαι· σὺ δὲ οὐδὲν εἴπας ὡν αὐτρωποις σολωκίζοντες λέγεσι. Λυ. τοῦ γὰρ νιᾶς  
ρήθεν

Lyc. Totos recens natos. Sol. Ego te quidem ludere puto. Lyc. At ego te ignorare eum qui in verbis peccat. Sol. Quomodo quis intelligat, quando nihil dictum est? Lyc. Dictus est, & solœcismus jam quadri-fariam commissus, tu vero non cognovisti. Magnum igitur præmium conjecturus fueras, si cognosses. Sol. Non magnum quidem, sed necessarium confitenti. Lyc. Sed neque nunc cognovisti. Sol. Quando nunc? Lyc. Quando præmium confecisse te dixi. Sol. Non intelligo quid diccas. Lyc. Recte dicis, neque enim intelligis. Ac procede sane in anteriorem partem, non enim vis assequi. Intelligam enim si modo volueris. Sol. At ego volo: tu vero nihil dixisti eorum quæ homines solent cum solœcismum faciunt. Lyc. An tibi hoc quod modo dictum est, parvum

ρηθὲν μικρὸν τί σοι φαίνεται κα-  
κὸν εἶναι; ὅμως δὲ ἀκολύθησεν αὐ-  
τὸς, ἐπεὶ τόχη ἔμαθες ἀκδεψμόντα.  
Σο. μὰ σὺν θεάσι τόχη ἔγωγε. Λυ.  
ἢ ἄλλὰ μὲν μεθῆκε θεῖν λαγὼ τα-  
χέως, ἀλλα παρῆξαί; ἄλλὰ καὶ νῦν  
ζεῖεσιν ἴδειν τὸν λαγώ· εἰς δὲ μὴ,  
πολλοὶ γνόμυμοι λαγὼ λήσγοι σε-  
ἐν σολοικισμῷ πεσόντες. Σο. ζλήσ-  
σι. Λυ. καὶ μὲν ἐλαστὸν γε. Σο. θαυ-  
μαστὰ λέγεις. Λυ. ὁ σὺ δέ τοῦτο τὸ  
γαν παιδείας διέφθορες, ὡς τε μήδ'  
αὐτὸ τέτο σολοικίζοντας κατανοῆ-  
σας. <sup>10</sup> οὐδὲ γῆς περίσσειν αὐτῷ τὸ πνοῖ.  
Σο. ταῦτα μὴ τόκοιδα πῶς λέγεις.  
ἴγαν δὲ πολλὰς ἥδη σολοικίζοντας  
κατενόησε. Λυ. καὶ μὲ τοίνυν εἴση τό-  
τε, <sup>11</sup> ὅταν πὲ τῷ παιδίων γένῃ, τῷ  
τὰς

aliquid malorum videtur esse? Sed tamen sequere denuo, quoniam non animadvertisisti cursu digredientem. S o l. Ita per Deos, ego quidem non. L y c. At vero dimisi currere leporem celeriter. Num præteristi? sed & nunc licet videre leporem. Si vero non, multi inde lepores facti latebunt te in solœcismo jacentes. S o l. Non latebunt.

L y c. At vero latuerunt certe.

S o l. Mirā dicis. L y c. Tu vero præ nimia eruditione corruptus es, ut neque ipsum hoc solœcissantes intelligere possis. Desit enim ipsi distributiya vox *mā*.

S o l. Hæc quidem non intelligo quo pacto dicas: ego vero multos jam solœcissantes perspexi. L y c. Et me igitur scies tunc, quando puer quispiam eris, eorum videlicet qui mammam adhuc fugunt. Aut si

A 5 nunc

τὰς πίτθας θηλαζόντων. ἡ εἰ δὲ τῷ  
ἔγνωστοι σολεικίζοντά με,<sup>12</sup> γέδε αὐ-  
ξάνοντε παιδία σολεικισμὸν ποιήσει  
τῷ μηδὲν εἰδόπι. Σο. ἀληθῆ λέγεται.  
Λυ. καὶ μὲν εἰ ταῦτα ἀγνοήσομεν,  
γέδεν γνωσόμενα τῷ εἰσιτῶν, ἐπεὶ  
καὶ τόδε σολεικισθὲν ἀπέφυγε σε.  
<sup>13</sup> μὴ τρίψῃ τὸ λέγειν, ὡς ἵκανος εἴ-  
χαίδειν τὸ σολεικίζοντε, καὶ αὐ-  
τὸς μὴ σολεικίζειν, καίγω μὴ γέ-  
τω. Σωκράτης δὲ ὁ Δῆτος Μόψ, ὃ  
σιωεγχύομεν ἐν Αἰγύπτῳ, τὰ τιαῖ-  
τα ἔλεγεν αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἔ-  
λεγχει τὸν αἱμαρτλάνοντα. τοφές μὲν  
τοι γε τὸν ἔρωτό Σαντα<sup>14</sup> πινίκα ἔξε-  
σι, τίς γὰρ ἀν, ἐφη, Δότοκελθῆ σοι τοφές  
τῆς τύμερον, ὡς ἔξιών; ἐτέρας ἐφη  
σαντα<sup>15</sup> ἵκανα ἔχω τὰ πατέων, πῶς

nunc non cognovisti solœcissan-  
tem me , neque crescentes pueru-  
li solœcismum facient nihil intelli-  
genti. So. Vera dicis. Ly. c. Atqui si  
hæc ignorabimus , nihil cognosce-  
mus nostrorum priorum : quo-  
niam & hic solœcismus quem nunc  
feci , sefellit te. Ne igitur dixeris  
amplius te posse deprehendere so-  
lœcissantem , & ipsum solœcismum  
non committere. Atque ego qui-  
dèm hoc pacto. Socrates autem qui  
a Mopso genus ducebatur , cum quo  
in Ægypto versatus sum , hujus-  
modi dicere solebat citra invidiam ,  
neque aperte coarguebat eum qui  
sic peccasset : verum ad eum qui  
interrogabat , *πνίγα εἰχε;* Quis e-  
nim , inquit , responderit tibi de  
hodierna die tanquam exiens ? A-  
lio autem dicente , *ἰκανὰ εἶχε τὰ πατερῶν.*  
Quomodo ais? inquit , an tibi pa-  
ter

Φής, εἶπε; τέθυκε γάρ ὁ πατέρ σου;  
 ἄλλος δὲ αὖθις λέγονται, <sup>16</sup> συμπα-  
 τειώπης εἴσι μοι, ἐλάνθανες ἀρχήμας,  
 ἔφη, Βαρεβαρθόων. ἄλλος δὲ εἰπόνται  
<sup>17</sup> ὁ δεῖνά εἰτι μεδύσοις, μητρὸς εἶπεν, οὐ  
 πῶς λέγεις; ἐτέρος δὲ λέοντας, διπλα-  
 σιάζεις, ἔφη, θύτας λέοντας! εἰπόντος δέ  
 πιν, <sup>18</sup> λῆμμα πάρεστιν αὐτῷ διὰ τοῦ  
 δύο μη, ωκεῖν, ἔφη, λίψε<sup>19</sup>), εἰ λῆμμα  
 αὐτῷ πάρεστιν. ἐτέρος δὲ εἰπόντος, <sup>20</sup> πεόσ-  
 οισν ὁ μείρας, ψυχὴς φίλο<sup>21</sup>, εἶπεν,  
 ἔφη, λειδόρεις φίλοι οὐτε; πεός δὲ τὸν  
 εἰπόντα, <sup>22</sup> δεδίποιμαι τὸν αὐδρεῖ, καὶ  
 φεύγω, σὺ, ἔφη, Κοστάν πνα διλαβη-  
 δῆς, διώξῃ. ἄλλος δὲ εἰπόντος, τοῦ <sup>23</sup> φί-  
 λων ὁ κορυφαιότατος, χάρειν γε, ἔφη,  
 τὸ τὸν κορυφῆς ποιεῖν πέπανω. ή <sup>24</sup> ἐξορ-  
 μῶ δέ πνος εἰπόντος, καὶ τίς εἴνι, εἶπεν,  
 οὐ

ter mortuus est? Alio autem rur-  
sus dicente, συμπατεράτης εἰνι μοι: Ne-  
sciebamus sane, inquit, te bar-  
barum esse. Alio autem quodam  
dicente, ὁ δεῖγά εἰνι μεθύσις: Matrif-  
ne, inquit, aut quomodo dicis?  
Alio autem, λέοντας; Duplicas,  
inquit, leones. Cum autem qui-  
dam dixisset, ληῆμα πάρεστιν αὐτῷ, du-  
plici videlicet μμ: Proinde, in-  
quit, capiet, si quæstus ipsi ineft.  
Alio autem dicente, οὐδέστειν ὁ μεί-  
εγέξ εὑρὸς φίλῳ: Et conviciaris illi,  
inquit, cum sit amicus? Ad eum  
autem qui dixerat, δεδηλώμενη τὸν  
δεργα, καὶ φόργω: Tu, inquit, etiam  
quando timebis aliquem, persequer-  
ris? Alio autem dicente, τὸ φίλων  
κερυφαιότατος: Festivum sane, inquit,  
quod supra verticem aliquid ultra  
etiam ponis. Et ἐξορμῶς quopiam di-  
cente: Et quisnam est, inquit,  
quem

ὃν Ἑξοερμᾶς; Ἑξεππολῆς δέ πνΘ εἰ-  
 πόνιΘ,<sup>23</sup> ὡκ τὸ Πηπολῆς εἶπεν, ως ὡκ  
 τὸ πιθάκης. λέγοντος δέ τινΘ,<sup>24</sup> σω-  
 ετάξατό μοι, κὺ λόχον, ἔφη, Ξενοφῶν  
 σωετάξατο. ἀλλὰ γέ εἰπόντος,<sup>25</sup> φεύ-  
 σιν αὐτὸν, ως τε λαθεῖν, θαυματὸν,  
 ἔφη, εἰ εἴς ων φεύσης τὸν ἔναι. ἐτέρη γέ  
 λέγοντος,<sup>26</sup> συνεκείνετο αὐτῷ, κὺ δεκεί-  
 νετο πάντως εἶπεν. Εἰώθα τὸ κὺ φεύσεις τὸν  
 σολωικίζοντας Αἴγικῶς παιζειν ἀν-  
 επαχθώς. φεύσεις γάν τὸν εἰπόντος<sup>27</sup> νῶι  
 τότο δοκεῖ, σὺ, ἔφη, κὺ<sup>28</sup> νῶιν ἔρεις, ως  
 αἱμαρτάνομόμην. ἐτέρη δὲ αὐτῷ διηγή-  
 μένης τι τοῦ Πηπιχωείων, κὺ εἰπόντΘ  
<sup>29</sup> γέ τὸ πᾶν Ηρακλεῖ μιχθᾶσα, τὴν ἄρει,  
 ἔφη, οὗ Ηρακλῆς ἐμίχθη αὐτῇ.<sup>30</sup> κα-  
 ρῆναμ δέ τινΘ εἰπόντΘ, ως δέοιτο, τί<sup>31</sup>  
 γαρ, ἔφη, σοι δειπνὸν εἴργασαν, καὶ  
 ἀξιον

quem ἔξορμᾶς. Εἴτε πιπλῆς autem quodam dicente: subjicit, ὅτε τὸ πιπλῆς οὐσίας ὅτε τὸ πηδάκυντος. Dicente autem quodam, οὐεπίξατό μοι, & manipulum, inquit, Xenophon οὐεπίξατο. Alio autem dicente: οὐείστω αὐτὸς, οὐτε λαθεῖν. Mirum, inquit, si tu cum unus sis, οὐείστης. Alio rursum dicente, οὐεπρέπειο αὐτῷ, subjicit, καὶ διεχείνειο πάντας. Solebat autem & eos qui solœcismum Attice loquendo committebant, eadem festivitate ludere. Nam ad eum qui dixerat, νῦν τρόπον δοκεῖ. Tu, inquit, etiam νῦν dices, ut peccamus. Alio autem serio narrante quippiam eorum quæ in patria sua acciderant, ac dicente, Illa vero Herculi μιχθεῖσα: Non igitur, inquit, Hercules ε' μιχθη αὐτῇ. Porro dicenti cuiquam quod haberet opus καρπῶν: Quidnam grave adeo, inquit, & quod

ἀξιον ἀτιμίας; καὶ ζυγομαχεῖν δέ τι-  
 ν φύλαξιν θεοῦ, τοφές τὸν ἔχθρον ἐπε,  
 31 ζυγομαχεῖς; ἐτέρας οὐδὲ εἰπόντων  
 32 βασανίζεας τὸν παῖδα αὐτῷ γοστύ-  
 τα, Τῇ τῷ, ἔφη, ήτι βαλομέρας τὸν βα-  
 σανίζοντων; 33 τοφκόπιδε δέ τινων εἰ-  
 πόντων ὃν τοῖς μαθήμασιν, οὗτος Πλά-  
 των, ἔφη, τῷ τῷ Τητίδόναυ καλεῖ. ἔργ-  
 μέρας δέ τινων, εἰ 34 μελετήσας δεῖνα,  
 πῶς τοῦ, ἔφη, ἐμὲ ἐρωτῶν, εἰ μελετήσ-  
 μαυ, λέγεις ὅτι οὐδὲνα; Αὐτοκίζοντος  
 δέ τινων, καὶ 35 τεθνήξει εἰπόντος Τῇ τῷ  
 τείτα, Βέλικον, ἔφη, καὶ σὺλλαθα μὴ  
 Αὐτοκίζειν κατέρρεμψον. καὶ τοφές τὸν  
 εἰπόντα τοῦ, 36 σοχάζομαι αὐτός, Τῇ τῷ  
 φείδομαι αὐτός, μήτι, ἔφη, διῆμαρτες  
 βαλῶν; 37 αὐτοῖσιν δέ τινων εἰπόντος  
 καὶ ἐτέρας, αὐτοῖσιν, αὖτις φωμήν; ἔφη,  
 οὐκ

quod dignum ignominia ista sit, abste factum est? Et ζυγομάχαι, dicente quopiam: Tune adversus hostem, inquit, ζυγομάχαις; Alio autem quodam dicente puerum suum morbo decumbentem βασιλεῖσθαι: Cujus gratia, inquit, torquetur? aut quid vult ille qui torquet? προκόπῃ vero cum quidam diceret εὐπᾶν μαζήμασι, respondit: At Plato Ἐπιδίδεναι vocat. Interrogante autē quopiam, εἰ μέλετοι  
οἱ δεῖναι: Quomodo ergo, inquit, interrogans me an declamaturus sim, dicas οἱ δεῖναι; Volente autem quodam Atticismum exprimere, & dicente, πρῶτης die tertio: Satius, inquit, foret, etiam hic non Atticissare adeo te, quando malum imprecaris. Ad eum autem qui dixerat, εὐχάριστου αἵτης, pro φεύδομεν αἵτης: Nunquid, inquit, aberrasti jaculando? Quodam vero αὐτοῦ dicente, & altero αὐτοῦ: Vtrun-

Οὐκ οἶδα. τολέσεις δὲ τὸν λέγοντα <sup>38</sup> πλινθ  
εἰ μὴ, ταῦτα, ἔφη, <sup>39</sup> διπλᾶ χαεῖζος.  
καὶ <sup>40</sup> χρῆσθαι δέ πινθετούνθε, ψυ-  
δάτηκον, ἔφη, τὸ ρῆμα. τῷ δὲ λέγοντι  
<sup>41</sup> ἔκτειν, καλὸν, ἔφη, τὸ εἰπεῖν σκπέ-  
ρυσιν· οὐ γὰρ Πλάτων, εἴς ποτε λέγει.  
τῷ δὲ <sup>42</sup> ὃδης Κήπη δέ τοι γεωμέτρας πινδός,  
ἔτερος αὖτ' ἐτέρων, ἔφη, συμαίνεις.  
<sup>43</sup> αὐτὸν λαμβάνομαν δὲ Κήπη δέ σωμά-  
τος λέγοντός πινθετούνθειν, ἔφη,  
πῶς αὐτὸν εἴρητο θεόντα λέγονθε, φη-  
σὸν αὐτὸν εἰπεῖν. <sup>44</sup> Βρεφέδιον δέ, τινθετού-  
νθετούνθε, οὐχ ἔστιν, ἔφη, ὅμοιον τῷ  
<sup>45</sup> τάχιον. <sup>46</sup> Βαρεῖν δέ τινθετούνθες,  
οὐχ ἔστιν, ἔφη, τὸ βαριώτερον, οὐ νενόμη-  
κας. <sup>47</sup> λέλογχα δέ, τὸ εἰληχαλέγον-  
τθε, ὀλίγον, ἔφη, καὶ παρ' οἷς αἱματ-  
τάνειαι. <sup>48</sup> ἴπλιασθαι δὲ Κήπη δέ πέταθαι

πολ-

que, inquit, non novi. Ad eum autem qui dicebat  $\alpha\lambda\kappa\omega\ \epsilon\ i\mu\eta$ : Hæc, inquit, dupla gratificeris. Et  $\chi\zeta\alpha\delta\eta\mu$  cum quidam diceret: Pseudatiticum, inquit, verbum est. Rursum dicenti  $\epsilon\kappa\delta\omega\pi$ : Pulchrum, inquit, fuerit  $\epsilon\kappa\pi\epsilon\rho\omega\tau\eta\mu$  dicere. nam Plato  $\epsilon\kappa\delta\ \pi\pi\pi$  dicit. Ei vero qui  $i\delta\delta$  pro  $i\delta\delta$ : Alia pro aliis, inquit, significas. Cum quidam autem  $\alpha\lambda\kappa\omega\mu\beta\alpha\omega\mu\alpha\mu$  pro  $\sigma\omega\pi\eta\mu\pi$  dice-ret: mirari se ait quo pacto  $\delta\ \alpha\lambda\kappa\omega\mu\beta\alpha\omega\mu\alpha\mu$   $\xi\ \lambda\epsilon\omega\mu\beta\alpha\omega\mu\alpha\mu$ , diceret  $\alpha\lambda\kappa\omega\mu\beta\alpha\omega\mu\alpha\mu$ .  $\beta\epsilon\gamma\delta\omega\pi$  autem dicente quopiam: Non est simile, inquit, verbo  $\pi\alpha\chi\delta\mu$ . Et rursum  $\beta\omega\pi\pi\mu\pi$  dicente quopiam: Non licet, inquit,  $\beta\omega\pi\pi\mu\pi$ , quemadmodum putasti.  $\lambda\epsilon\omega\mu\chi\alpha$  item pro  $\alpha\lambda\eta\chi\alpha$  dicente quodam: Modicum, inquit, etiam apud quos peccatur. Multis autem  $\iota\pi\pi\mu\delta\mu\alpha\mu$  pro  $\pi\mu\mu\delta\mu\alpha\mu$  di-

πολλῶν λεγόντων, ὅτι μὴ δύπο τῆς  
πίκσεως τὸ ὄνομα, σαφῶς ἴσημο.  
4º τεττερὸν δέ τιν<sup>Θ</sup> εἰπόντ<sup>Θ</sup>, ως  
οὗτοί Αἰγαῖον, καὶ τὸν φάτην ἐρεψμόν  
ἔφη. 5º φακὸν δέ τιν<sup>Θ</sup> εἰπόντ<sup>Θ</sup>,  
ἐδηδόκεναι, καὶ πῶς ἀν, ἔφη, Φα-  
κόν τις φάγη; ταῦτα μὴ τὰ Σω-  
κράτεια. εἰπανίσθημον τοῦ, τί δοκεῖ, Πή-  
τις ἄμιλλαν τῷ πρώτερων λόγων,  
καὶ γὰρ μὴ καλῶς τοῦ βελτίστης εἶναι  
ὅλης, σὺ τοῦ γνωρεῖν· οἵματι γάρ σε  
καὶ νιᾶς διωκόσεας, τοστῶν γε εἰπα-  
κάσσαντα τῷ ἐξῆς λεγομένων. Σο.  
ἴσως μὴ τὸ δέ νιᾶς διωκόμαι σχ-  
λέγοντ<sup>Θ</sup>, ὅμως εἰπέ. Λυ. καὶ πῶς  
φῆς τὸ διωκόσεας; 51 οὐ γὰρ θύρᾳ χε-  
δὸν αἰνέωμεν σοι τῆς γνωρίσεως αὐ-  
τῶν. Σο. εἰπὲ τίνω. Λυ. ἀλλὰ  
εἰπον.

centibus, quod δέ τοι πήσεις quidem verbum hoc descendat, plane scimus. Περιεπόν autem quodam dicente quasi hoc Atticum foret, etiam τὸ φάγον dicamus, inquit. Rursum dicente quodam se φάγον comedisse. Et quomodo, inquit, φάγον aliquis comederit? Atque hæc quidem Socratica illa sunt. Redeamus autem, si videatur, ad certamen priorum verborum. Ac ego quidem citabo ea quæ optima videntur esse tota, tu vero cognitionem fac. Arbitror enim vel nunc posse te, quippe qui tam multa ordine jam audieris. SOL. Fortassis ne nunc quidem potero te dicente, sed tamen dic. LYC. Quomodo ais te non posse? Nam cognitionis ipsorum prope janua tibi aperta est. SOL. Dic igitur. LYC. At

ἔπον. Σο. όδέν γε, ὥστε ἐμὲ μαθεῖν.  
 Λυ. ό γέρμαθεν, τὸ αἰνέωγθον; Σο. οὐχ  
 ἔμαθον. Λυ. πί οὐκ πεισόμενα, εἴ  
 μηδὲ ναι ἀκολεψάσεις τῆς λεγομέ-  
 ναις; καί τι τοφές γε τὰ καὶ δρόχας  
 ῥηθέντας τὸ σῆ, ἐγὼ μὴν ὡμοίως ιπ-  
 πεῖς εἰς πεδίον καλεῖν, σὺ δὲ τούτους ιππεῖς  
 καλενόσας. ἀλλὰ ἕοικας ό φεοντί-  
 ζειν τῷ μλόγων μάλιστα, τοις δὲ ναι κα-  
 τὰ σφᾶς αὐτὰς διήλθομεν. Σο. ἐγὼ  
 μὴν φεοντίζω, σὺ δὲ αδίλως αὐτὰς  
 μιεξέρχῃ. Λυ. πάνυ γάνη ἀδίλον ἔστι,  
 τὸ κατ' σφᾶς αὐτὰς ἐφ' ήμεων λεγόμε-  
 νον. ἀλλὰ τέτοιο μὴν δίλον, σὲ δὲ όδεις  
 αὖ θεῶν αὐγούσατε παύσει, πλιεύγε δὲ  
 Αἴπολων. Τοις μανιδέσι γάνη ἀκεῖν Θεό-  
 πάσι τῆς ἐρωτώσι. σὺ δὲ όδε τὸ μανιδό-  
 μον καλενόσας; Σο. μάταιος θεός·  
 ό γαρ

jam dixi. S O L. Nihil certe quod ego intelligam. L Y C. Annon intellexisti quod dixi *ἀνέῳγε?* S O L. Non intellexi. L Y C. Quid igitur patiemur, si ne nunc quidem assequeris ea quæ dicuntur? Atqui secundum ea quæ ab initio abs te dicta sunt, ego quidem putabam me equites in campum provocare: tu vero equites cogitasti. Sed videbis non curare verba, maxime quæ inter nos ipsos prosecuti sumus. S O L. Ego quidem curo, tu vero obscure ipsa prosequeris. L Y C. Nempe omnino obscurum est, quod dixi, *κατὰ σφᾶς αὐτός.* Sed hoc quidem manifestum est. Te vero nullus deorum ab ignorantia liberaverit, nisi fortassis Apollo. Vaticinatur enim ille omnibus interrogantibus. Tu vero neque ipsum *μαντούμαρτυρον* intelligis? S O L. Per deos equidem.

χ' γῆ μαθον. Λυ. εἰ δέρεις καθεῖς λαν-  
θάνδσε τελεῖων. Σο. ἐοίκασί γε. Λυ. οὐδὲ  
καθεῖς πῶς παρήλθεν; Σο. όδετετρέ-  
μαθον. Λυ. οἶδα δέ πιος <sup>τόπου</sup> μνησθύ-  
μφου αὐτῷ γάμου; Σο. πίστιν τῷ; Λυ.  
ὅπ σολοικίζειν αἰδάγκη τὸν μνησθύ-  
μφου αὐτῷ. Σο. πίστιν περὶ τέμον περ-  
γμα, εἰ σολοικίζει πις μνησθύμφῳ;  
Λυ. οὐ πάντας οὐ φάσκων εἰδέναι· καὶ  
τότο μὴν τῶς ἔχει. εἰ δέ πις λέγοις σος  
παρελθὼν, <sup>τόπος</sup> διπολείποις τὴν γυναι-  
κα, δέ τὸν θητεύποις αὐτῷ; Σο. πίγαρ  
σόκον τὸν θητεύποιμι, εἰ φαίνοισθο αὐτοῦ  
κέρδῳ; Λυ. εἰ δὲ σολοικίζει φαί-  
νοιτο, θητεύποις αὐτῷ τότο; Σο.  
οὐκ ἔγωγε. Λυ. οὐδὲς γάρ λέγεις.  
χ' γὰρ τὸν θητεύποιν σολοικίζοντι τῷ  
φίλῳ. ἀλλὰ διδακτέον ὅπως τότο

non enim didici. Lyc. Si ergo *xabēs* latet te circumiens. Sol. Videntur certe. Lyc. At *xabēs* iste quo pacto præteriit? Sol. Neque hoc didici. Lyc. Nosti autem quempiam sibi ipſi *γέρους μητρόδομον*. Sol. Quorū igitur hoc? Lyc. Quod necesse est solœcismum committere *περι μητρόδομον αὐτῷ*. Sol. Quid igitur ad meum negotium hoc, si solœcismum committit quispiam despondens? Lyc. Quod ignorat is, qui se scire dictabat. Et hoc quidem ita se habet. Si vero quispiam dicat tibi accedens, *αἰσ θυλέατι πώπο γυναικα*, num permittes hoc illi? Sol. Quid ni permittam si videatur injuria affectus esse. Lyc. Si vero solœcismum committere videatur, etiamne hoc permittes illi? Sol. Haud equidem. Lyc. Recte dicas. Neq; enim concedendum amico ut solœcisset: sed docendus potius est,

μὴ πείσοιαν. οὐαὶ<sup>18</sup> εἴ τις γε ναιῶ ψοφοίν τινὸς θύραν εἰσιών, ἢ οὔτιών κόποις, πί φήσομέν σε πεπονθένας; Σο. ἐμὲ μὴ φάδεν, σκέπνον σῇ επεισελθεῖν βάλεσθαι, ἢ οὔτιένας. Λυ. σὲ σῇ αγνοεῖται τὸν κόποντα, οὐ τὸν ψοφεῖτα, φάδεν, ὅλως πεπονθένας δόξομέν απαίδελτον οὐτε; Σο. οὐβεισῆς εἴ. Λυ. πί λέγεις; οὐβεισῆς ἔγω<sup>19</sup> ναιῶ δὴ ψυχόσομεν<sup>20</sup> σοι διαλεγόμενος; ξοικε σῇ σολεικίσαμ τὸ ναιῶ δὴ ψυχόσομα, σύ σῇ φάξεγνως. Σο. παῦσαμ ταῦτα τῆς Αθηνᾶς, αλλ’ εἰπὲ πί τοιεῖτον, ὡς τε καὶ μετεῖν. Λυ. οὐ πῶς αὖ μάθης; Σο. εἴμεν πάντα επέλθοις, ὅσα φήσ σολεικίσας ἐμὲ λαθεῖν, οὐαὶ παρ’ οὐτε ἔκσεσον σεσολεικίσαμ. Λυ. μηδαμῶς,

ut hoc ne illi accidat. Quod si quis autem nunc crepare faciat januam ingrediens, aut exiens pulset, quid dicemus tibi accidisse? S o l. Mihi quidem nihil: illum vero vel exire velle, vel introire. L y c. Tibi vero, cum ignorares τὸ κέπιοντα, aut τὸ ψευδόνιμον, nihil omnino accidisse putabimus indocto adeo existenti? S o l. Contumeliosus es. L y c. Quid dicis? Ego contumeliosus vero nunc γίγνομαι qui tecum disporto? Videtur autem sollicitare etiam ipsum γίγνομαι quo nunc usus sum: tu vero non cognovisti. S o l. Define, quæso per Minervam: ac dic potius tale aliquid, quod etiam ego intelligam. L y c. Ac quo pacto intelligas? S o l. Si mihi omnia ista percurras quæ modo dixisti a te cum sollicitismo dicta, a me autem non animadversa esse: & quo pacto in singulis peccatum sit exponas. Lyc. Nequa-

δάμως, ὃ δέεται μακρὸν γῆ ἀν ποτί-  
 σαμεν τὸν διάλογον. ἀλλὰ τοῦτο μή  
 τότων ἔξεστί σοι καθ' ἐκάστον αὐ-  
 τῷ πανθάνειν. νῦν δὲ ἔτερος ἀπόλε-  
 ἁπέλθωμεν, εἰ δοκεῖ· καὶ πρῶτον γε  
 αὐτῷ τότε τὸ αἴτιο μὴ δασέως, ἀλ-  
 λὰ φιλῶς θέμενοικαν, ὅρθῶς φαίνε-  
 ται ρηθὲν μῆτρα τοῦ ἔτερον σωπιζέμε-  
 νον, μὴ γὰρ οὕτως ἀλογον λεῖται.  
 ἔπειτα τὸ τῆς ὑβρεώς. λιγὸς φῆσ-  
 ει ὑβρίσαμ, εἰ μὴ οὕτω λέγοιμι, ἀλλ'  
 εἰς σὲ φαίνειν ἴδιον, ἐγὼ μήτρα θάλεχω  
 εἶπεν. ὅπερ τὸ μήτρα σὲ ὑβρίζειν τὸ σῶμά  
 ἔστι τὸ σῶμα, οὐτοις πληγαῖς, οὐ δεσμοῖς, οὐ κα-  
 τέλλω τρόπῳ. τὸ δέ τοι εἰς σὲ, ὅταν εἴς πιττόν  
 σῶν γίγνηται ὑβρεῖς. καὶ γῆ ὅστις γυναι-  
 κα ὑβρίζει τὸν σὸν, εἰς σὲ ὑβρίζει. καὶ ὅσ-  
 τις παιδας καὶ φίλον, καὶ ὅστις γε οἰκέ-  
 τις.

quaquam, o optime. longum enim modo facturi essemus dialogum: sed de horum quidem unoquoque licet tibi singulatim querere. Nunc autem alia quædam persequamur, si videtur. Ac primum ipsum hoc *εἴη*, absque aspiratione, & cum tenui spiritu, utrum recte videatur dictum cum verbo *έπεισται* compositum. Non enim ita præter rationē fuerit. Deinde & *πάθειαν*, quæ te a me affectum aīs, si non hoc pacto dicam, sed *εἰς τὸν*, contumeliosum dicam, proprium id esse ego quidem non possum dicere: quoniam *τὸν* quidem *έπεισται*, idem est quod corpus tuum, sive plagis, sive vinculis, sive etiam alio aliquo pacto. At *εἰς τὸν* quando alicui tuorum contumelia fit. Nam & qui uxorem tuam contumelia afficit, in te contumeliosus est, & qui puerum tuum, & amicum, & certe qui servum quoque.

τιν. πλεύ γέ τοι τῷ πραγμάτων ἔτος ἔχει σοι, ἐπεὶ τὸ εἰς πρᾶγμα υἱείζειν λέλεκται· οἷον εἰς τινὰ παρεμίαν, ως ὁ Πλάτων φησίν ἐν τῷ συμποσίῳ. Σο. κατένοι τὸ διάφορον. Λυ. αἴδε' αὐτὸν καὶ τοῦτο κατένοις, ὅπ τὸ ταῦτα ψωλάττειν σολωκίζειν καλέσσειν; Σο. αἰλλὰ νεῦ εἰσομαγ. Λυ. αὐτὸν δῆ τὸ ψωλάττειν; Σο. ἐμοὶ μὴ ταῦτὸν λέγειν δόξει. Λυ. καὶ πῶς αὖτις εἴπει ταῦτὸν τῷ ψωλάττειν τὸ ψωλάττειν, εἴπει τὸ μὴ ἐτέρου ψεύσεις ἐτερον γίνειαι, τοῦ μὴ ὀρθής ψεύσεις τὸ ὀρθὸν, τὸ δὲ τοῦ μὴ ὄντος τὸ ψεύσεις τὸ ὄν; Σο. κατέμαθον ὅτι τὸ μὴ ψωλάττειν, τὸ μὴ κυρεον αὐτή τοῦ κυρείας λέγειν ἔστι. τόδε ψωλάττειν ποιεῖ μὴ τῷ κυρεῖν,

ποιεῖ

que. Nam præterquam de rebus ita  
tibi se res habet: quoniam & in res  
contumeliosum esse dictum est, ut  
in proverbium, quemadmodum  
Plato dicit in Symposio. SOL. Intel-  
ligo differentiam. LYC. Num igitur  
& hoc intelligis, quod si dicam,  
*τοῦτο ὑπαλλήλιον*, solœcismum vocant?  
SOL. At nunc scribam. LYC. Ipsum au-  
tem dici debere, *ὑπαλλήλιον*. SOL. Mihi  
quidem videtur idem utrumque di-  
cere. LYC. At quomodo idem fuerit  
*ὑπαλλήλιον* & *ὑπαλλήλιον*. quando illud  
quidem est alterum cum altero com-  
mutare, videlicet id quod rectum est:  
hoc autem, id quod non est, cum eo  
quod est. SOL. Intelligo quod *ὑπαλ-  
λήλιον* quidem sit id quod proprium  
non est, pro eo quod proprium est,  
dicere. *ὑπαλλήλιον* vero aliquando qui-  
dem eo quod propriū est, aliquando

vero

ποτὲ ἥ πᾶ μὴ κυρίῳ χεῖσθαι. Λυ. ἔχει τινὰ καὶ ταῦτα καθεύόντων οὐκ αἴχασιν. τὸ δέ<sup>62</sup> απειδάζειν πέρος θνατον, τὴν οἰκείαν  
ἀφέλειαν τοῦ απειδάζοντος ἐμφαίνει.  
τὸ δέ<sup>63</sup> θεῖ θνατον, τὴν σκέψιν τοῦ απειδάζει. καὶ ταῦτα ισως μὴ υποουσκέχυται, ισως δέ<sup>64</sup> καὶ ἀκειρότερον τοῦτα τοι. βέλτιον δέ<sup>65</sup> τὸ ακειρότεν ἐκάστω. Σο. ὁρθῶς  
γὰρ λέγεις. Λυ. τόγε μὲν καθέζεσθαι τοῦ  
καθίσειν, καὶ τὸ καθίζου τῷ καθητῷ, αἴρειν  
οἶδεν, ὅτι διενήνοχεν; Σο. οὐκ οἶδα.  
“τὸ καθέατην ἕκκον στλέγοντος, ως  
ἔτιν ἔκφυλον. Λυ. καὶ ὁρθῶς γε ἕκκοστας,  
ἄλλα τὸ καθητῷ, τῷ καθητῷ διαφέρειν  
φημί. Σο. καὶ πῶ ποτ’ αὖτις διαφέρειν;  
Λυ. πῶ τὸ μὴ πεδός τὸν ἑιώτα λέγεισθαι,  
τὸ καθίσον. τὸ δέ<sup>66</sup> πέρος τὸν καθεζόμε-  
νον, ἦσον ξεῖνε, ἥμετις δέ<sup>67</sup> καὶ ἄλλοντι διόρδινον  
ἔδραιν,

VERO EO QUOD PROPRIUM NON EST, UTI.  
 LYC. HABENT QUANDAM & HÆC CONSIDERATIONEM NON INJUCUNDAM. ~~AN-~~  
~~DĀZEV~~ AUTEM ~~ΑΓΙΣ ΠΡΑ~~: ID EST, PROPRIAM UTILITATEM EJUS QUI SATAGIT, INDICAT: CUM AUTEM DICO ~~ΑΓΙ ΠΡΑ~~, ILLIUS INDICAT, CIRCA QUEM QVIS SATAGIT, SIVE OBSEQUIOSUS EST. ATQUE HÆC QUIDEM FORTASSE CONFUNDUNTUR A QUIBUSDAM, FORTASSIS AUTEM ETIAM OBSERVANTUR: MELIUS AUTEM EST OBSERVARE UNUM- QUENQUE. SOL. RECTE DICIS. LYC. ~~ΧΑ-~~  
~~ΓΕΩΔΖ~~ VERO ~~ΑΧΑΓΙΣΕΝ~~, & ~~ΧΑΓΙΟΝ~~ ~~ΑΧΑΓΜΟΝ~~, SCIS QUO PACTO DIFFERANT? SOL. HAUD SCIO. ~~ΧΑΓΙΩΝ~~ QUIDEM AUDIVI TE DICERE QUOD SIT ALIENUM. LYC. ET RECTE QUIDEM AUDISTI. SED ~~ΧΑΓΙΟΝ~~ ~~ΑΧΑ-~~  
~~ΓΙΟΝ~~ DIFFERRE AIO. SOL. ET QUO TANDEM INTER SE DIFFERUNT? LYC. QUOD ~~ΧΑΓΙΑΝ~~ QUIDEM AD EUM QUI STAT, Dicitur: ALTERUM AUTEM AD EUM QUI SEDET. UT, ~~ΤΗΣ ΣΩΣΙ~~, ~~ΗΜΕΙΣ ΓΙ~~ ~~ΧΙ ΑΛΛΟΘΙ ΔΗΟΥΔΩ~~

έδοκε, ανπί τούτη μήνε καθεζόμενος. πάλιν ουδὲ εἰρήσω, ὅπερ τὰ ταῦτα φέρει  
λάττειν, αἱ μαρτίνειν ἐστι. τὸ δὲ καθίζω,  
τούτη καθέζομαι αὐτῷ σοι δόκει μικρῷ πι-  
νεῖ διαφέρειν, εἴπερ τὸ μῆνον ἔτερον δρῶ-  
μον, τὸ καθίζειν λέγειν. τὸ δὲ μόνας ή-  
μᾶς αὐτὸς, τὸ καθέζεσθαι. Σο. ή ταῦτα  
ἔκανος διελήλυθας, ή δὴ λέγεται οὕτω  
γάρ σε δεῖ περιβολάσκειν. Λυ. ἔτέρως  
γὰρ λέγοντος τὸ καθανοεῖς, τόχοιοι δε,  
οἵοντες εἰς τὸν ξυγράφειν αἰνίη; Σο. πάνυ  
οἶδα νῦν γέ σας αἰχθασταῦτα λέγον-  
τες. Λυ. ἐπεὶ καὶ τὸν καθαδύλαχνον σὺ μῆ-  
ιστας ταῦτον τῷ καθαδύλαχνῳ γενόμε-  
νας, ἐγὼ δὲ οἶδα διαφορὰν τούτου λίγην  
ἔχον. Σο. πίναταῦτας; Λυ. ὅπερ τὸ μῆ-  
ιστέρω, τὸ καθαδύλαχνον δέ είσαι γίγνεται.  
Σο. καλῶς λέγεις. Λυ. ή αὖτε δέ σοι  
πολλὰ

ιδην. Rūsum itaque dictum sit,  
 quod qui hæc commutat, vitium  
 incurrit. καθίσω autem a καθέζομαι,  
 nūm tibi parum distare videtur?  
 Siquidem καθίσαι dicendo, alter-  
 rum sedere facimus: καθέζεσθαι vero,  
 nosmet ipsos solos. SOL. Et hæc  
 sufficienter prosecutus es. Atqui  
 dic: ita enim oportet te docen-  
 do præire. LYC. Nam me alio pa-  
 cto dicentem non intelligis. Non  
 nosti quale sit ξυγγεγρός αὐτός? SOL.  
 Omnino novi, ut qui te audie-  
 rim hæc dicentem. LYC. Quo-  
 niā & κατάδελτον tu quidem for-  
 tassis idem cum κατάδελτοι putas-  
 sti: ego vero scio differre non pa-  
 rum. SOL. Quomodo? LYC.  
 Quod hoc quidem alteri, κατ-  
 ἀδελτον autem sibi ipsi fit. SOL. Pul-  
 chre dicis. LYC. Etiam alia vero  
 multa licet tibi discere, si modo

ποτλὰ παράγχθαινθέντι, εἴπερ μὴ  
αὐτὸς εἰδέναι τόκ εἰδὼς δόξεις. Σο.  
τόκ αὖ δόξαιμι. Λυ. ἐκθύτα ληπτὰ  
εἰσαῦθις αὐτοῖς λέγεται, νῦν δὲ δια-  
λύσωμεν τὸν διάλογον.



non ipse tibi scire, cum nescias,  
videbere. S O L. Non videbor faci-  
le. L Y C. Proin reliqua in poste-  
rum rejiciemus, in præsentia autem  
dialogum dissolvamus.



## N O T A E

I N

## LUCIANI SOLOECISTAM.

I.  [Ρή Σολοικιῶ.] Hoc est, modo solacissabo. Quæ locutio jam solœcismo foedatur. Aρη enim non cum futuro jungabant Attici, sed aut cum præsenti, aut præterito: Αρη ήξω, inquit Thomas Magister, εκ ἐπης ἀλλ' αρη ἔρχομαι καὶ ἀφικόμενος. Et Phrynicus in Eclogis dictionum Atticarum: Αρη ήξω μῆδεποτε επης δέπι μέλλονθ, ἀλλ' δέπι γένεσθαι καὶ παρωχημένος, αρη ήξω, καὶ αρη ἀφικόμενος. Ubi male doctissimus interpres Joannes Nunnesius. Αρη ήξω πυρινιαν, cum vertendum, nunc veniam. Et αρη ἀφικόμενος modo veni. Quibus significant αρη particulam futuro junctam non carere solœcismo, cæterum præterito & præsenti recte jungi. Fallitur interpres, qui vertit: Jampridem enim solacissare gestio. quippe qui putarit σολοικιῶ hic deside-

siderantis vim habere, & esse præsentis temporis, cum a themate σολοικίᾳ sit futurum Atticum. Secundam hujus futuri σολοικεῖς infra videbis, dum in verbo Δέφθοες referemus Moschopuli verba. Idem male credidit ἄρπ. non posse jungi præsenti, quod tamen contendit ex Gaza probare. Is quidem ἄρπ. πεπίκνα scribit dicendum, non negat tamen τὸ ἄρπ. etiam præsenti jungi. Alioqui parum Attice dixisset Plato in Critone ἄρπ. οὐκεῖς η πάλαι. Paria his Pollux & Suidas, quorum hic ἄρπ. dicit εἰς παρόντας significare, hoc est, modo, nuper, dicique de præterito, ut αὐτίκα de futuro. Ille ἄρπ., inquit, οὐτι τε μηρός, καὶ νῦν δὴ οὐτι πατέν. Quod igitur hic præcipimus de ἄρπ., idem infra repetemus in νῦν δή. Proinde αὐτίκα μάλα σολοικιῶ dicendum. Sic & modo futuro junctum invenies. Terent. Andria: *Modo ibo ut apparatur dicam, atque hoc renuncio.* Utriusque exemplum habes apud Aristophanem. In avibus: *οὐκ ἄρπ. θύω τὰ δεκάτην πάντας οἴγω· καὶ τένομα ωτερος ταυτίω νῦν δή εἴτε μὲν.* Idem in pace: *Ιδι νῦν αὔγουστον εἰς ἄρπ. μ' ηρετο.* Eustathius ad Iliad. a. p. 75.

40 JOH. GEORGII GRAEVI  
male putavit ἡδη ἃ σολοικιῶ hic legi. Τὸ δὲ  
ἡδη, inquit, καὶ τὰς παλαιὰς τοῖς τελοῖς γρά-  
νοις σωεπιμερίζεται τῷ παραχημόνῳ, ὡς οὐ-  
ταῦθα ἐν τῷ ἡδη γάρ ποτε ἐγώ. καὶ τῷ, εἴ τοι ἡδη δύο  
γένεσι ἐφέντο. τῷ ψευτῷ π, ὡς τὸ ἡδη γάρ μοι εἰ-  
νεσθν ἐπειδή. καὶ τῷ μέντοι, εἰ καὶ δοκεῖ ὁ Δυκια-  
ρὸς εἰς τοῦ ἀπαρέσκεψης, ὡς τὸ ἡδη λοιγα ἔργα  
ταῦδε ἐσεῖ). εἰ δέ πινες τοῦτο ἄλλως γεράφεσιν, ηδὴ  
λοιγα ἔργα ἔσουται τοῦτο, οὐτως δὴ. Idem alio  
